



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Vers. 33.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

§. 4. Christus eius desiderium ut iustum & pium approbat, non acculat, petita concedit, non cessurus superbia. Nec eius stultitiam arguit, ut Calvinus ait. Nam fides est Christo iubente credere super aquas ambulare se posse, non est stulticia. Iubet Petrum venire ne putent phantasma, cum se Petrus & alij cernerent.

VERSUS 33.

Qui autem in nauicula erant, venerunt & adorauerunt eum, dicentes: Verè Filius Dei es.

QVÆSTIO I.

Quomodo adorarunt?

§. 1. **N**autæ pariter, & Epibæ, etiam Apostoli, nouo miraculo victi, nouâ fidei professione dominum honorarunt: adorabant autem, ut verum & naturalem Dei filium; nam talem se dicebat, & talem dici Iudæi sentiebant. Ioan. 20. 33. & 19. 7. & cap. 27. 40. Cyrillus libro 2. dial. de Trinit. diuinitatem Christi verè inde probari docet. Vix autem simul ingressi, nauis vultus est, quæ minus faciès si quidem voluisset, potuisset etiam in ipsi vultu. Considerantes autem illi & mirram potestatem reputantes, adorabant dicentes. Verè filius Dei es. Nunquid non & cum iuramento iam causam agnatis, esse filium Dei, verè dicunt? arguentur in rito, ut mendaces, & a vero aberrantes, depræbenturque, & reprehenduntur. Si enim non filius ex genitoris substantia natus, sed creatura potius filii rationis gloriæ honoratus, & agnitionem huiliorem sortitus, quæ ob causam adorantur? cur autem & filium nominantur Doctores & veritatis præcones.

§. 2. Piscator hoc loco carnem Christi adorandam negat. Verum de ea realitatis & alibi.

VERSUS 35.

Rogabant eum, ut vel fimbriam vestimenti eius tangerent. Et quicumque tetigerunt salui facti sunt.

QVÆSTIO I.

Aut ex fimbriae tactu reliquiarum usus probetur?

§. 1. **C**alvinus eos superstitionis acculat, quod ad tactum vestis Christi gratiam restringere viderentur: sed refutat Christus, sanando tangentes, non probando, superstitiones. Deinde refutat eum narratio, ut vel fimbriam, iua xai mouo, ut vel so'um, fimbriam tangerent, quo significat se habere fidem, solo etiam vestimenti tactu, non modo verbis, tactu manuum, sanitatem consequi posse. Deinde ac si dicant, solis se micis ut illa Syrophœnissæ contentos, non ideo diuitias ad micæ restringunt, sed cum illas tantas agnoscent, intelligi volunt, multo plurius esse integras dapes. Chryl. Si illi ex tactu fimbriæ, quid nos ex tactu integri corporis? & Beza ad Emphasin facere, ut, quod fimbriam tangere cupiunt.

§. 2. Daniel Tossanus negat à Calvinistis tactum illum haberi supersticiosum, sed tamen à fimbriâ Christi viuentis, & exercitibus virtutem suam, malè colligi ad reliquias sanctorum mortuorum, quorum contactum supersticiosum indicat. Respondeo: Hoc sane consequi tangere reliquias Christi regnantis supersticiosum non esse, si bonum est tangere viuentis, eodem enim animi proposito, diuersis temporibus tangi possunt. Deinde verè etiam sanctorum viuentium reliquias non sine fructu tangebant veteres, ut semicinctia Apostolorum: Nam sanctis honorem illum Christus contulit, ut in effectu rerum mirabilium Domino æquarentur, non facendi potentia, quæ à Christo pendebat, sed ipsi rerum effectio-nibus. Sanctorum autem reliquias non modo viuentium sunt in his terris, sed etiam cum Deo regnantium.

§. 3. Quod vero iniuriam Calvinistis fieri à Maldonato scribit Tossanus, iniuriosa querela est. Verba Calvini sunt pag. 201. Credibile superstitione aliquâ fuisse implicitos, quum ad tactum vestis restringerent Christi gratiam: Saltem illum fraudabant honoris sui parte, quum nihil virtutis sperabant ex implicitæ eius verbo. Sed ne linum fumigans extinguat, se accommodat eorum ruditati. Interea non est quod inde sibi placeant, qui gratiam Dei, in ligno, aut clauis, aut vestibus quaerunt, cum diserte pronunciet scriptura: nefas esse quicquam nunc concipere de Christo, nisi spiritali, cœlestique gloriâ dignum. Hæc sane Calvini non modo superstitionis illos, sed pene infidelitatis acculant. Nam ait nos ad tactum restringere Dei gratiam, quod magno errore non carebat, cum toties verbo maxima miracula Christus fecisset, tactu autem haud frequenter, etiam aliquando. Denique fimbriam vestimenti quaerere, esse signum, diuinitatem ignorari. Non igitur Calvinistis iniuriam facit Maldonatus, nisi si quis eorum à Calvino recedit magnam autem iniuriam tangentibus fimbriam Christi Calvinus infert. Nam omnes illos ignorantes diuinitatis Christi fingit: cum tamen Deus ubique existens per certas res, certo loco operari soleat. Nec magis illi diuinitatem ignorant, quam Salomon, qui in templo à se constructo Deum adorabat, & tamen simul eum implere cœlum, & terram implere, non in templis manifestis habitare protestabatur. Quam porto vanum est, vestium Christi tactores, verbis Christi virtutem negasse. Plus verbo tribuunt, cum hoc tantum satis esse sibi ducunt, ut liceat vestem tangere. Nos à veste Christi, aut clauis, aut lignis gratiam non quaerimus, sed à Christo, non enim ferrum aut lignum nos saluauit, sed ea tanquam pignora, & Syngraphas diuinæ bonitatis decenter retinemus, & Dei misericordiam imploramus. Nec indignum est gloriâ Christi regnantis, clauos suos, aut vestes, vel signa, vel instrumenta esse suæ beneficentiæ. Imo magna gloria Regis frustilla ligni, aut floccos vestium, facientium miraculorum organa esse. Habuit hæc Calvinus à Iuliano, qui honorem Iouis, eiusque insignium dolebat ad cultum crucis transferri, ut habet Cyril. 1. 6. contra Iulianum. De his potius audiendus Chrysost. Sermon. de veneratione crucis. Amb. de obitu Theod. Paulin. Epist. 11. ad Severum. Hieronym.

Epist. 17. c. 8. Leo Prim. Ep. 72. alijque, actotius Ecclesiæ consensu.

Calvinus
accusat,
quos Christi
fili sanat.

Amis Gmte
112
Evangelia
Cvi
18